



VITA CARDANI.

A C D E E O D E M I V D I C I V M.

Per GABRIELEM NAVDAEVUM.

Non eo fine Iudicium de Cardano meum literis consignare mihi visum est, caters ut norma sit eius aestimationis quam de Cardano facere debent. Neque enim sum necius, quam difficile sit, ad alterius Mineruam, aut ingenium aut iudicium suum accommodare. Verum cum homines eruditos videam, iis tantum Cardani libris euoluendis operam vanae, qui suo vita, studiorumque instituto commodi aliquid afferre possunt, ceteros autem quos in omni ferè disciplinarum genere Cardanus elaborauit, vel ignorare penitus quales sint, vel in Bibliotheca solum ornamenta penes se reconditos habere, quod maior pars istorum invenit difficilis existat; non putavi propterea quemquam illorum satis idoneum fore, ut de Cardano sententiam ferat; quoniam nisi diligenter exploratis singulis quibusque regum conditionibus, pronuntiare de illis velle, hominis est nimium confidentis, & aliorum otio, non secus atque suo, prorsus abutentis. Mihi vero licet non infir ea animi perspicacia, si que modus eruditio variz, & reconditz, quem habere debet, qui mirificum in omnibus scientiis Cardani ingenium ex angulis, & Mufaratum adyti, in quibus haec tenus velut à se ipso diuifum latuit, totum simul, in apertam hominum lucem pertrahere satagit; non mentiar tamen si dixerim, me eò vñque omnibus eius auctoris lucubrationibus, ab incunctis stacis etatis, & liberioris ingenij culturæ principio delectatum huius, ut nullas aliorum ardentiùs vñquam habere concupierim, diligenter conquisierim, frequentius euoluerim: imo vñd cum illius libros de Sapientia, priusquam denuo Typis committerentur, nec prece, nec precio nancisci à Bibliopolis possem, testes suni ex amicis meis quam pluri- mi, me non dicam insuauem hunc laborem, sed gratissimum potius exantasse, qui in illis manu propriâ exscribendis ferendus erat: adeoque semper mihi arrisit varia illa, multa-

plexque Cardani doctrina, ut nihil intentatur reliquerim, quò cam aur in suis, aut in Camutij, Tartalez, Duni, Scaligeri, & aliorum libris inuestigarem; & siue Medica, siue Moralis, Philosophica, Mathematica, Historica, Politica, Philologica, alteriusue generis esset, exploratam haberem. Ex coquè factum est, ut priusquam in Italiā cum felicissima recordationis Domino meo, Ioanne Francisco ex Comitibus Guidiis à Balneo S. R. E. Cardinali Eminentissimo proficiscerer, nihil penitus de Cardani vita, moribus, libris, opinionib[us]ue desiderari à quoquam posset, quod sicut vngues, & digitos non tenerem: ac etiam nunc, videntur hæc omnia, adeo non excidisse mihi ex animo, ut vereri debeam, ne imparatus ad iudicium istud aggrediar; quod non vllā diligentie meæ tactanciæ, non ingenij confidentiæ, nec aliorum sententiis meæ isthac determinatio- ut obstruam, legésc[er]e sanctiam, sed potius ut nonnullorum desideriis inferniā, qui melioribus studiis addicti, parciores in excuriendo Cardano fuerunt, omni odio & affectu procul, sic instituo. Inprimis igitur quod ad hominis vitam, & mores spectat, si quæ de seipso dixit in exemplo natiuitatis sua, & in libris de Consolacione, de Sapientia, de Vtilitate capienda et aduersis, de Libris suis, de Vita propria, & aliis passim, attendamus, nemō fuit ortu vilior, naturā imbecillior, institutione neglegtor; vxore, liberis, seruis, infelicitate; toro denique vita sua tramite pauperior, miserior, afflictior. Atque hæc corporis, & fortuna sua damna fuerunt; ingenium vero si quis inimicus tale illi affinxisset, quale suum esse in themate natalicio testans est, potuisse in illo agere merito cā lege.

*Ponāque lata, male que nollet carmine
quenquam*

Describi.

Nam ex Venere loci Luna, ac Mercurij domi- , & Mercurio multum, Saturno mediocriter commissa, animum sibi effictum ait, in diem viuentem, nugacem, religionis contemptorem, iniuria illata memorem, inuidum, tristem, infidilem.

Tem. I.

Vita Cardani.

infiduciem, predictorem, magum, etiam quodam tempore, frequentibus calamitatis ab omnibus, suorum osorem, turpi libidini deditum, solitariam, intemperium, austernum, sponte etiam dissimilarem, zelotypum, obscenum, lascivum, maleficum, varium, anticipatum, impurum, calumniosum, & omnino inconsumum proper morum, & naturae repugniam, etiam his cum quibus assidue versabatur. Neque profecto dubium est apud me, quin ipse talis esset, quem omnibus aliis se conspicendum præbuit: nam eiusmodi mores sibi à natura fuisse inditos, non hic modo, sed alibi toties inculcat, nihil ut verius fuisse censeri possit; & qui penitissime Cardani indolem noverit, eam non multum ab hac Epithetorum farragine remotam fuisse deprehendat; ut mittam aliorum eriam grauissimorum virorum iudicia; qui Cardanum miras de se ipso fabulas concitasse, & insanieni proximum vixisse, non perperam asserunt. Et hercule non video quid aliud existimari possit de homine, qui somniis, ostentis, auguriisque vanillis, & maximè ridiculis fidem adhiberet; qui totus ex delirantium veterinarum observationibus penderet; qui quoties veller, à sensibus per extasim peregrinaretur: qui spectra, & larvas videret: qui Paredrum aliquem, & sibi fauentem Genium adesset, vel stulte crederet, vel malignè mentiretur: qui vxorem duxit sine dote: qui filiorum educationem neglexit: qui iuviorem ex illis auricula auulta, puerum vero nomine Guilelmum verberibus, licet imemerentem, sèpius multauit: qui se iactatum à Patre pro spurio fuisse, & abortiuo medimento, priusquam asceretur, tentatum refecit: qui pannosus aliquando, nox ornatus in publicum prodiret: qui inter amicorum colloquia lubentius nihil diceret, quād quod illis ingratum fore cognoverat; qui Lunam non secus in celo de die, quād noctu videret: qui Romæ diuerso ab aliis cultu spēctandus incederet; qui Bononia suffultum tribustantum rotis currum aliquoties usurparet: qui iuuenis rixas miscet, adulteri meretrices sectabatur, vir factus à ludis, & alea non temperabat, senex quoque cancerem vitare non posuit; qui denique probra vita sua, turpitudinesque vel minimas, è priuata domus secreto vbi non secus ac aliorum hominum sordes, & flagitia delitescere rectius potuissent, non euulganit modò, sed nauseanti ferme per tot ineptias, & narrationes inconditas Lettori, obtrufit: Nam si facete isthac sapientis est, nescio fanè, cur Orestes, Corcebus, Amphitrides non ipsi quoque sapientes inferi, numerari possint. Enimvero potuisset tamē Cardanus naturæ suæ, ut ab iplo met vocatur anomala, similius nominis, & personæ decori prospicere, si in exemplo thematis sui natalitij (quandoquidem hic locus erat conuenientissimus) affectiones tamē, & propensiones illas denudasset, quæ ad indicandam artis suæ præstantiam, detegi saluo pudore, & nominis integritate poterant: aliarum vero non magis quam Erasmus, Longolius, Campanus, meminiisset, qui licet dubiis parentibus orti fuerint, maximisque in vita paupere & desultoria difficultates tulerint, quoniam tamen

in illis velandis, obtengendisque, cautoles Cardano fuerint, nullam haec tenus, eo saltē nomine, laudum suarum immunitiōnem perpepsi sunt. Et amabo quotus est homiū, cui ut Satyricus moneret, promptum sit

Miserisq; humilejg; suscitato;

Tollere de templis, & aperio vivere iusto?
Ego sanè non secus hoc tempore, quād olim Iuuenalis,

Egregium sanctumq; virum si cerno, bitembri;

Hoc monstrum puero, & miranti iam sub arato;

Piscibus inuentis, & fera comparo mule.

Omnes enim homines suapte naturā mali, stulti, improbi sunt, & si palam offendunt, quād magis inter priuatas familiæ septa Cardano similes existunt? Vnde qui cum odit, propter priuatas illas turpitudines, hunc etiam reliquos homines odisse conuenit, si in eorum intima semel descendat. Singuli quippe suo modo peccant, insaniunt, delirant, & in contantum sapient, quod peccaris, & fraudibus suis nubēr inīcēt ex pulchritudine. Lauerne instituto didicrunt: quod idem Cardanus seu natura liberioris impulsu, seu virtutum confidentiā præstantissimarum, quæ tot maculis longè præponderant, aut aliā tandem de caula facere non potuit. Quamobrem si quis à me sciscitur, quid tandem de vita, moribusque Cardani statuendum sit? Ego certè non immunem illum ab inceptia prælare vellem, quandoquidem vel ex eo talis fuisse deprehenditur, quod tot inepta, & absurdula de se ipso prodiderit, quæ reliquorum hominum, more, æternō potius silentio obrueret, & damnare debuerat. Ceterū cùm afferente gravissimo censore Seneca, nullum unquam magnum ingenium sine mixtura dementia fuerit; & ab ea non prorsus liberi vixerint Philosophi illi magni nominis, Porphyrius, Iamblichus, Aëdesius, Maximus, Chryanthius, & id genus ab Eunapio laudati, qui tantum abest ut cum Ennio professi sint, & non curare

Marium Augarem,
Non vicanos Aruspices, non de circa Astrologos,

Non Isiacos coniuctores, non interpretes somnium.

Quod potius magicae vanitatis mancipia fuerint, nec somnia, terrores, portenta, Genios, Lemures, stultissimisque eiusmodi obseruationes, quarum plenus est Eunapius, flocciferent. Poscent ista quidem Cardano patrincari, quominus ad Anticyras confessim amandetur, nam certum est, non eandem esse ingeniorum apud omnes homines natum, & in illorum differentia, quædam per temporum vicissitudines reperiri, quæ propter ignorantiam nobis causarum syndromen, siue corporis temperies multum adæqua, siue bilis adustæ copia, aut organa magis affabre composita, raduisue præstantior ab intellectus agentis splendore delibatus, in illam concurrent, multa sciunt, vidēntque reliquis omnibus negata: arque velut ebria continuò forent, aut à sensibus sciuncta, mores obtinent inconditos, sermonem turbidum, vitam inæqualem, verū ex aduerso, difficultia queque celeriter apprehendunt, &

Vita Cardani.

& facilè retinent ; persentiscent etiam , vaticinantur , incompta loquuntur , occulta deregunt , & pro fectis aut religionibus quibus addicta sunt , pro officiis quibus mancipata , sic rebus vanis , aut solidis inharent : quemadmodum in Platonicis illis Philologis , & Cardano videlicet , qui ex Academice placitis , Spectra , Lemures , Portenta , & ex inuariabilis Fati necessitate , auguria , somnia , oracula , & eiusmodi alia , quæ velut extremæ dementiæ signa Peripatetici subsannant , diligenter obseruare consueuerunt. Iste igitur & similibus de causis , videri posset Cardanus , nihil ab eorum consuetudine diversum egisse , qui talem ingenij differentiam nacti sunt : sed cum veritatis amore , nihil unquam antiquius sibi fuisse cōtendat , & ex consequenti , frequenter in illas voces prorumpat , *Nunquam me mentium esse memini : ergo iam securus de mendaci suspicione , ut qui in veritatis studio confenserim , & similes alias quæ in eius libris passim occurruunt : Ego contrà mendacissimum illum fuisse deprehendi , & ab hoc virtio , reliqua demum velut è fonte promanasse , quæ à nonnullis deliramenta vocantur , non leuibus de causis existimo.* Hoc autem ne quis à me dictum inconsultò fuisse , quoniam res est magni momenti , sibi persuadet ; en signatis tabulis ipsam confirmo , quarum fidem ne Cardanus ipsem sit nunc viuat , eleuare meritò possit. Quippe cùm capite xii , de propria Vita dixisset , *Grammaticam nunquam didici , ut neque Grecam , aut Gallicam , aut Hispanicam lingua , sed usum solum mibi nescio quomodo tribuum : & antea cap. ix. assertuisset , se miraculo adiustum fuisse , ad intelligendam linguam Latinam , quale tamē fuerit miraculum* istud capite xli . sic explicat : *Quis fuit ille qui mihi vendidit Apuleium , iam agenti ni fallor annum xx. Latinum , & statim discessit , ego vero qui è vsque , neque fueram in ludo litterario nisi semel , qui nullam haberem lingue Latina cognitionem , cùm imprudens emissem , quod esset australis , postridie euasi qualis nunc sum in lingua Latina , necnon & Graciam quasi simul , & Hispanicam , & Gallicam accepi , sed duxaxat ut libros intelligent , ignorans sermonis , & narrationum & regularum Grammatica profus.* Hoc autem quam sit veritati contentaneum , declarant verba illa ex opusculo de Libris propriis , quod sub finem librorum de Sapientia , & de Consolatione reperitur : *Interim vero Grammatica & Dialectica operam dabam , circa videlicet annum etatis suæ xxiiii , nam circa xxxv. addiscendæ lingua Graecæ sedulò operam impen dit , vnde presenti , inquit , anno , nimia intentione studij Gracarum literarum labefactus , nihil ardu molitus sum , subiungitque paulo post , Librum Micylli in Epitome redigi , quem coniuncti libro de Graeca literatura institutione . Sed mendacium istud licet miraculo coniunctum , leuissimum forsitan videri possit , quoniam ex eo nihil sequutum est , quod Cardano utilitatis quicquam attulerit. At non idem de eo dici potest , cuius nunc oportunum est historiam paucis contextere : Nam cùm libro v. de Sapientia confidenter scripsisset , Dum in hac urbe inuidia laboraremus , nec luxuriam suppedisares impensis , multa ut noua inueniremus tentauimus in arte : nam extra artem*

nibil non cessit : Tandem Phthisis (quem Ptolemy vocante) multis scouliis etram deploratam excogitauit , sanauisque multos qui nunc supervivunt , nec difficilius quam Gallicam morbum ; & Illustrissimus Ioannes Hamilton Archiepiscopus S. Andreæ , S. P. sanctæque sedis Apostolicæ Legatus , & Ecclesiaz Regnique Scotie Praeses , in eiusmodi pollicitationem de curatione Phthisis quâ tuus miserè discruciatatur , nescio quo casu incidisset : purauit salutem suam in hoc Cardani secreto repositam esse . Quamobrem magnis pollicitationibus illum ad te in Scotiam pellexit , cùsque consilio per aliquot menses usus , quamvis non adepta prorius sanitatem dimisit , iis honoribus cumulatum , quos Cardanus inter vitæ sua potissimos , merito postea recensuit. Sed videamus nunc , quomodo totum istud negotium solenni cuidam mendacio , quod nolens scilicet protrulerit , acceptum refect idem Cardanus , in editione Rouilliana opusculi de Libris propriis . Istud , inquit , admiratione dignum , cùm nisquam mentitus sim , istam qualemcumque bonam fortunam , tamen ex mendacio ortam fuisse : Nam neque verum erat me Ptolemy laborantes sanasse , neque tamen consolò mentitus eram , aut ex toto , tunc enim sanare illos posse sperabam : ita fatus me impulsus , quasi Fortuna nunquam vera virtutis faueat , ut egregie nolens menicer , hōcque solum mendacum , quod me iniusto excidit , tantum mihi utilitatis & voluptatis afferret. Iste autem duabus mendaciis , tertium adiungo , quod ire celeberrimum fuit , quia de Genio illo toties decantato , cui Cardanus tum in natalitio themate , cùm in historia vite & librorum , ac in opusculis , & libris omnibus , scipsum cura fuisse , ad rauim & fatidium inculcat. Vnde res foret omnino longa , difficultis , & tristis plenissima , quæcumque variis in locis de hoc numine dixit , ad pleniorum eius historiam colligere. Verum quia non obscurus , quale tandem istud fuerit , in Dialogo de humanis consiliis explicat , satis mihi erit colloquentes de eo Thetim & Ram. huc adducere. R.A.M. Tot tantaque ei mira in vita acciderunt , ut sufficiat cogat & ipse , qui illi intimus sum , Genium ei esse , & magnum , & potentem , & rarus , ut non sis suarum actionum Dominus , sed que cupit non habet , que habet non concupierit , nedum ut sperarit : ille tamen hoc abhorret , sed cum cogitat Deo omnia parere , acquiescit . TET. Sed causa nature ferunt enim quoddam esse Saturnios , alias Iovios , atque ita de aliis . R.A.M. Seppicitur esse Venerium , Satorno , Mercurioque miseri . TET. Tales omnes miserè vivunt , & percunt , quamvis quorundam magnum sit nome . R.A.M. Hoc nescio , cùm neminem nauerim praeter hunc , & illius patrem , ac Socratem , qui huiusmodi Geniorum familiaritate usus fuerit. At hercle si demon ille Socraticus , non multum diuersus fuerit ab eo quem Cardanus sibi comitem fuisse iactat , vereor ne pro fabula vterque deinceps habeatur. Nam quod ad postremum attinet , mirum est quā ex his & debilibus fulcris innitur , imò vero quā vanis & ridiculis notis se Cardano prodiderit. Primum enim per somnia & strepitos menere eum consuerat : deinde vero magis adhuc innovuit , cùm Cardanus , quemadmodum subdit Thetim , sine ullo medicamento liberatus est , berbis intefiorum in latere dextro , liberatusque

Vita Cardani.

etiam ab origine urina: demumque palpitatio-
nem cordis, & aurium tinnitus excitauit.
Sed frustra, neque enim haec omnia satis esse
Cardano potuerunt, quominus capite xlvii.
de vita sua dixerit, *Mibi fuisse bonum & miseri-
cordem spiritum diu persicatum est, sed quā ra-
tione me certiorerem redderet de imminentibus, non
nisi ex alto anno vita lxxiv. deprehendere, dum vi-
tam meam conscribere adoratus sum, patris.* Enim
verò ne tunc quidem istud refici villo modo
potuit, si tota illa narratio de Nurniis fauen-
tia, non tantum vana, & ridicula, sed planè
commentitia est, eodemque Cardano teste, &
arbitro etiam in propria causa: nam libro xvi.
de Varietate, capite xciii. negat se vllum vñquā
Genium habuisse. *Ego certè nullū Demonem ave-
Geniū mibi adesse cognosco.* subiungitque postea,
illud bene scio, mibi pro bono Genio datam rati-
onem, patientiāque in laboribus magiam, bonum
animū, pecunia bonorūque contemptum, que
omnia maxima facio, & *Demonio Socratis melio-
ra atque ampliora dona existimo.* Hac igitur li-
bera, & ingenuo viro dignā confessione, ruit
aceruus ille ineptiarum, quas Cardanus de spi-
ritu suo familiari, de splendore, de specēris, &
Luna visa pleno meridie, similibusque nugis &
mendaciis, cùm non ita sui composcerat, velut
in publicum theatrum ridendas inuexit. Enim
verò non semper eum sui compotem fuisse, sed
actu quodam raptum, indicio est omnium certissimo,
varietas illa pugnantium inter se sen-
tentiarum, quas non est quid aliquis obliuio-
ne corum quā iam dixerat, aut astu, vafricē-
que prolatas ab eo fuisse, sibi persuadeat, cùm
se in rebus aliis memorē ad miraculum vtque
præstiterit; & artis ac vafricie suspicione
omnem eleuet, quid grandia quidem, sed con-
traria semper, nunquam autem connexa, & sibi
mutuo cohærentia loqueretur. *Estum autem,*
& calorem illum tam varium & inæqualem,
quo magnæ mentes interdum agitantur, &
quo sensim refrigerescere, sua plerumque vel
mirantur, vel ad eam rationem quā tunc dicta
sunt, non amplius intelligunt, si quis ad aliuia
tantum Genij præsentiam contingere velit,
magnum profectū is adiutum facit credulis, su-
perstitiōsque hominibus, similes ut Genios
concedant Socrati, Plotino, Ciceroni, Bruto,
Cassio, Cæsari, Synesio, Porphyrio, Iamblico,
Chicco Asculano, quin etiam Iulio Scagliero, &
innumeris aliis, qui vel ambitione
ducti, vel in Platonicorum & Cabalistarum
scholis innutriti, illud acceptrum Geniis suis fe-
runt, in quo natura suis sublimitatem mirari
cūtūs, & æstimare deberent. Sed pauci vel quæ
recta sunt vident, vel non affectibus suis infir-
uiunt. Atque utinam ex eorum numero non es-
se, qui propter similes nugas, & affanias, de
miserorum vita staruunt, benē quidem & au-
spicato, si decorum colloquiis, & musicis, co-
lestib[us]que oblectamentis interfuisse, malè
verò & ominose, si Dæmonum choreis & co-
messationibus sese immiscuisse, ex læsa imagi-
nationis vtrobiq[ue] virtu, asserunt. Et sanè
versatus sum ed Lubentius in hoc Cardani cir-
ca Genium suum mendacio, aut, quod ego
lubentius dicere, deliramento explicando,
quid futurum spero, magna vt inde bone
mentis accessio dæmonographis omnibus
sunt, ne tam præcipiti ferantur in illos ceas-
ta.

ra, quos rumor incertus, aut vanus, dæmo-
num addicēs confortio vixisse refert: cùm
Hieronymus Cardanus, cuius præsertim
exemplum aduersus talis flagitijs postulatos
adducitur, post iolemnē illas eiuraciones quas
attulimus, nihil penitus habeat de Genio suo,
quod miseris illis, & plerumque faruis ho-
muncionibus, præjudicio esse possit. Verū
quia meam nolo facere istorum litem, huc
tandem redeo, vt Cardanum ex intemperie
quādam animi nusquam æqualis & composti,
absurda multa fecisse, & minimē sibi in omni-
bus consentanea loquuntur fuisse, concludam.
Scitum est enim, melancholicos omnes, cuius-
modi eum fuisse in dubio apud me non est,
superbos esse, nimiumque sibi blandientes, &
elatos, quia melancholia cùm halitosa sit,
flatus illi, ventosa faciunt ingenia, & magnarū
terum vt nominis, honorum, auctoritatis
desiderio flagrantia; sunt præterea suspicaces,
morosi, inuidi, malevoli, simultatum te-
naces, immittes, *asymor* vt Timon, Catō, Diogenes,
& velut in extremo confinio naturæ
humanae positi, vt Cœlestem, vel Bellouinam,
aut mixtam interdum ex vtraque, leuissimo
impulso suscipiant.

Sequitur nunc, vt quanta, qualisve Car-
dani doctrina fuerit, discipiamus; qua in re,
non eorum more mihi faciendum esse intel-
ligo, qui Cardanum nunquam integrum as-
piciunt, nec illum ex imminēs voluminibus,
qua nobis in omni fermè scientiarum genere
relicuit, sed ex Medicis tantum, aut Mathe-
maticis æstiment. Nam cùm summa ingenia,
quantum ad præsens institutum spectat, duas
in partes dispartire confueuerim: prima &
infima meo iudicio corūm est, quæ Facul-
tati cūdām ab aliis separatae, ac veluti soli-
tariae mancipata, sic in ea excolenda se
exercuerunt, vt idcirco digna habeantur,
qua cæteris omnibus præire suo merito pos-
sint: sic Euclides, Pappus, Archimedes,
Vieta, Galilæus in Mathematicis: Ptolomeus,
Tycho, Copernicus, Gassendus in Astronomicis:
Plato, Aristoteles, Albertus, Pomponatius,
Cremoninus, Licetus in Philosophicis: Hippocrates,
Galenus, Avicenna, Fernelius, Duretus, Riolanus,
Moræus in Medicis dissertationibus, primum
nullo non consentiente locum obtinent, &
nisi mea me failit coniectura, eundem per
statum consequentium decursus farrum re-
stîmque retinebunt: quia nihil difficilius
est in Scientiis, quā summos illos viros,
qui laboribus suis viam ad illarum arcem
sibi munierunt, velut olim effigies, & vi-
tos senes de Ponte deiicere. Secunda verò
& suprema ingeniorum differentia homines
illos complectunt, qui benignioris naturæ
maiori quodam priuilegio, non vni, tan-
tum Scientiæ, tanquam Polypus saxe,
infusi & addicti sunt, sed per illarum orbem
plus minâsve expatiantur, quemadmodum
ex illis,

*Quos aliena inuant, proprius habitare mo-
lefum.*

ali Germaniam & Italiam lustrare: nonnulli
præterea Hispaniam, & Angliam, ac vniuer-
sam Europam adire, cæteri denique, velut
Drackus, orbē vniuersum circuire soliti sunt.

Et

Vita Cardani.

Et sicut quemadmodum hic eiusmodi Peregrinatorum triplex ordo statuit, haud securus, cum maxima sit suprema classis illius latitudo, non inconveniens mihi visum est, si eorum hominum quos ambitu suo complectitur, tres veluti gradus, ordinative constituerem: Ita ut primus illis dicatus sit, qui perlustratis diligenter humanioribus literis, excurrere quoque in viciniores illis disciplinas voluerunt, Agellio scilicet, Macrobio, Petrarca, Politiano, Vallæ, Calcagnino, Giraldo, Campano, Foxio, Rhodio, Tommasino, Gaudentio, & similibus aliis: secundus autem eos complectatur, qui longius adhuc per scientiarum varietatem prouecti sunt, Ciceronem, nempe, Plutarchum, Plinium, Viuem, Gesnerum, Bodinum, Parricium, Mazzonium, Allatum, Mersemium, Donium, & id genus alios: Tertius denique eorum sit, qui nihil in disciplinis non peruium ingenio suo, nihil intentatum esse voluerunt, cum ad omnia erecti & parati, non minus etiam ad singula sufficentes, quæ laus propria fuit olim Democriti, Theophrasti, Varronis, & hoc nostro tempore Erasmi, Budæi, Pici, Fracastorij, Scaligerorum, Casauboni, Grotij, Salmasij, Petauij, Patini, & præ ceteris omnibus Hieronymi Cardani: quem cum singuli suâ quicq; in arte propriâ præstantissimum fuisse non dubitant, ego certè primum eum, & vnicum fuisse existimo, qui simul in omnibus tam egregie versatus sit, vt videatur natura exemplum in eo ostendere voluisse, majoris amplitudinis, & immensitatis doctrinæ, quam homini huc usque concedere poterit. Nam si in reliquo rum omnium dotes inquiramus, videbimus multos humanioribus studiis Theologica tantum superinduxisse, non nullos Mathematica etiam: quodam Medicinæ, & Philosophia cognitionem: alios linguatum Orientaliū, vel Iuris virtusque noritiam: & rursus aliquos paucis paginis, vt Picum, & Fracastorium: mirabilem ingenij sui præstantiam explicasse: sed qui plures scientias in numerato habuerint, qui altius in illas descendenter, qui commentariis ampliotoribus illustrarint, alium profectò ab Hieron. Cardano inueniemus neminem. Ut miraculo proximum sit, hominem hunc, plus fermè in omnibus scientiis vidisse, quam singuli in propria suâ requirent, aut inueniri posse sperarent. Certè in humanioribus literis, in Philosophia, Medicina, Astronomicis, Mathematicis, Historia, Metaphysicis, Politica Morali, necnon remotoribus aliis disciplinis, nihil eum lacuit, quod operari poterit, ad cumularam earum cognitionem intellexisse. Et amabo, quis negabit librum de Proportionibus dignum esse, qui cum pulcherrimis antiquorum inuenientur conseruant? Quis in Arithmetica non stupet, cum tot difficultates superalii quibus explicandis Villafrancus, Lucas de Burgo, Stifelius, Tartalea, vix ac ne vix quidem pates esse potuerint? Quis in libris de Subtilitate & Varietate, non expressam videt cum suis omnibus ornamentis, & oblectamentis naturam? Quis commentarios in Ptolomæum, & Aphorismos Astronomicos, non Gauricis, Junckinis, Stoferis, & similibus aliis præferat? Quis in cargo Neronis encomio, non cognitam illi

fuisse omnium temporum, & locorum historiam, perspiciat? Quis ex libris de Sapientia, ex Proxeneta, cum aliquid fugile censeat, quod Machiauellus, Paruta, Bodinus, Septalius, quod ipsemer Aristoteles, Plato, Xenophòn icere aut excogitare potuerint? Iam vero si morales libros attingam, si Medicos, si reliquos omnes quos certum in ordinem cogere non possis, quor opes, Deus bone: deponit, quor arcana erit, & haberi ex ipsis in communem utilitatem possunt: Hoc autem melius adhuc intelligete porebit, qui Cardauum, cum Iulio Cæsare Scaliger, diuini proptermodum ingenij amulo suo, componere aggredietur: nam licet hic, maiori cum ornatu & splendore in scenam prodierit, menemque heroicis planè cogitationibus fecerat, & rerum altissimarum capacem habuerit, artamen intra literarum humaniorum, & philosophia medicinae cancellos se continuit, libertatemque Cardano reliquit, quem in omnibus aliis disciplinis locum magis ambiret, occupandi. Nec propterè si nobiles illæ exercitationes, manibus quotidie teruntur, quocquam tamen dedecoris Cardano ab illis inuritur, quod ab æquis iudicibus abstergi, vel minimo negotio non possit. Nam primum quis ferat Scaligerum, Exercitationes suas, triennio post secundam librorum de subtilitate editionem, inuulgasse, nec tamen illam videre voluisse, nec mendis illis pepercisse, qua postrem hac diligentiâ sublate à Cardano fuerant: nè videlicet laboris sui quantumuis frustra impensi, fructum amitteret. Præterea quis nelicit Cardanum, actione primâ in Calumniamatem librorum de subtilitate, sic omnes illius aculeos retulisse, obiectiones diluisse, accusations infregisse, vt earum ratio haberi non debeat, quæ superesse forsitan ex tanto numero possent: nam homo fuit Cardanus, & humani se nihil alienum putauit: nec adeò mirum est illum errasse, quin multò magis admiratione dignum sit, tam raro, & in tam paucis, ac minimis cespitas. Imò vero ausim ego pignore deposito contendere, multò plures næuos esse, quos Scaliger exercitationibus suis immissos reliquerint, quam eos, quibus aduersus Cardanum tam procaciter exagitandis, toros nouem annos insudauit; idque non tam eruendæ veritatis studio, quam vt effrani desiderio suo satisfaceret, cum illis omnibus congregandi, quos suo tempore, litterarum eruditiorumque Principes haberi cognoverat. Sic enim in commentariis ad Aristotalem de animalibus, Theodorum Gazam hominem innocensissimum, & multis vocibus sagaciter effictis vt Græcas Latinis redderet, de literatis omnibus bene meritum, quo iure, quæ potest iniuria sugillat: sic Erasmus cum alio titulo lacescere non posset, fingit se à pueris Academia Parisiensis, eorumque moderatoribus exoratum, vt istud in se certaminis reciperet, qui pueri, tantum abeant, vt autores illi ciui rei fuerint, quod primam orationem quam habuit in Erasmu, luto, & quod peius adhuc oler sedata, pedib' conculcarint: sic denique Ferneilius, non aperto Marte, sed occultis quibusdā diceris, & dissimulato ei nomine, prouocauit, ne ex Quadrū illis, quos

Vita Cardani.

obstruere suis lumenibus censebat quenquam intactum relinqueret; vir alioqui dignus, quem etas nostra, licet nullos alios quam se- ptem Poëticas libros edidisset, maximis, & tantum non diuinis honoribus cumularū po- steritari transmittat. Porro quoniam maior erat Cardani fama, quam ut foli Julio Scaligerō molestia faceret, non erit forsan alienū ab instituto sermone cum pariter ab aliis de- fendere, quos multò leuioribus de causis mo- leftos expertus est: Neque enim defuerūt qui- dam naturali, quibus putidum videtur eum vitæ, & actionum suarum historiam conscrip- sis, tōrumque libros de propriis libris consecu- fe, ut quinque ad minimum, variis tempora- ribus & locis editi reperiantur. Meminique non ira pridem, vitio datum fuisse clarissimo nostrā tempestatis Philosopho Fortunio Li- ceto, quod de suis quoque historiam conte- xuisset, quasi tam infamis & propria dīsa foret eiusmodi Philautia, ut his duobus scriptori- ribus exceptis, reliqui omnes eam deuicare, ca- ne peius & angue studuerint. Verū enim uero nihil aliud faciunt, quam supinam, & incredibilem suam ignorantiam prōdere, qui ficti- eiusmodi criminibus Cardanum onerant: Ne- que enim quod de vita primū dicebatur, culpari potius in eo debet, quam in Cornelio Sylla, Iulio Cæsare, Octavio, Quino Catulo, Adriano, Marco Antonino, Flauio Iose- pho, D. Augustino, Monlucio, Thuano, Sca- ligero, Pyteano, & non paucis aliis, quorum exemplo tantum abest ut peccare quis possit, quod illud modestè imitari, cūm præfertim res est insignis, & factis vel euentis memorabilibus referata, laudem in se non minimam ob- tineat. Idēmque dicendum est etiam de libris propriis, quorum seriem texere, cūm plures sunt, aut de rebus variis, non potest nisi hone- stum, & utile censeri. Etemin præterquam faciūt indices eiusmodi, ne quid aliqui au- toxi tributari, quod suum non sit: ostendunt præ- tereā qui libri semel aut plures editi fuerint, & quo loco, quā formā, quo tempore, qui se- paratim, vel cum aliis cōiuncti, qui auctores, illustrati, correcti, & num extrema manus illis addita fuerit, aut alia deinceps expectan- da sit ab editionibus postremis; qua cuncta, certum est plurimum commodi, & delectatio- nis afferre, iis omnibus, qui librorum honesti- sum voluptate capiuntur. Hincque cūm istud Galeno perspectum foret, duos qui nunc etiam superfluit, ad Basium, & Eugenium de propriis libris commentarios edidit; absque quibus esset, vix haberemus nomina ducento- rum & amplius librorum suorum, qui Ro- manū simul cum Pacis temple conflagravit: eiusque postea exemplum sequuti sunt D. Au- gustinus, Dionysius Carthusianus, Erasmus, Gesnerus, Federicus Naufræ, Ioannes Coch- leus, Michaël Neander, Nicolaus Nance- lius, Ioannes Caius, Philippus Bosquierus, Henricus Stephanus, Iacobus Auzolius, Fran- ciscus Maurolycus, Laetembergius, Gene- brardus, Campanella, Schioppius, Federicus Cardinalis Borromaeus, Annuelus Rulma- nus, Erycius Puteanus, & paucis abhinc annis Fortunius Licetus, omnes enim isti, libris separatis, & ad id modū destinatis, propriarum lucubrationum historiam

complexi sunt: ut alios mittam, qui sua- rum quoque librorum rationem habuerunt, quanquam minori apparatu, & nudo sē- pius indice, aut epistola de hac re ad amicū scriptā, quemadmodum fecere Porta, Taurellus, Bellaius, Tomasius, Champe- rius, Scuertius, Nouarinus, Caneuarius, Durastantes, Franciscus Mirandulanus, tō- que alij, ut Cardano, plus testium, & exem- plorum suppetat, quam inuidorum telis, ab hac sua lucubratione de proprietum ope- rum historia propulsandis, opus esse posuit. Quin potius suffundi illi pudore deberent, quod hominem accusent tot præclaris au- toribus innixum, quasi nullum sibi fauen- tem ostendere posset, & quam ipsi ratione, tam hic testibus & auctoritate careret. Illud præterea magnam ansam præbuit æmulis Cardani, & Astrologiæ præfertim iuratis hostibus, ut ei liberius insultent, quod, nec in suo themate natalitio, nec in Ioannis Ba- ptistæ filij, aut Aimari Ranconeti, vel Edoar- di VI. Regis Angliae, aliisque schemaribus propositis, quicquam fermè horum eu- entuum, qui postea consecuti sunt, obserua- rit: Neque enim sibi carcerem, laqueum filio, mortem violentam Ranconeto, breuē æratem Edoardo, prædixit, sed successus è directo portiū contrarios; Qua do re cūm ludibrium iam debuerit Iosepho Scaligero, & postea etiam Alejandro de Angelis, qui hac potissimum ratione, divinationes Astro- logicas, funditus conuelleret ntititur, non est hic quod in eodem faxo rursum voluendo, diutius immoratur. Istud potius excutiendum est, qui fieri possit, ut Astrologi Principes tot instruci regulis, tot obseruationibus edo- eti, nihil ut in arte sit tam obscurum, diffi- cile, abditum, quod sibi peruum non fece- rent, vix vñquam in predictionibus suis ea felicitate vrantur, quā plerumque delicias anus, senes viatos, homines inepros, & fatuos longè certiū in res futuras, & abditas, penetra- se videamus. Nam quod Alexander de Ange- lis Cardano potissimum imputat, tanquam Astrologiæ vanitatis instauratori maximo, il- lud tanto magis de Medioxumis, & Patella- riis Astrologiis, dicendum est: & memini me in Italia quasdam Ephemerides annas Lucæ Gaurici vidisse, in quibus cūm pro libertate scribendi que tunc vigebat, singulis Principi- bus Europæ maximas felicitates, aut grauif- sima damna minaretur, nihil postea perinde cecidit, ac ipse futurum prædixerat: Atque vtinam Henricus secundus, quem ille extre- mā tantum senectute, & morte placidissimo fatis concessurum dixerat, non ætate potius florenti, & tam acerbo, præcipitique fato no- bis crepus fuisset. At ex aduerso Plebeii va- tes, Gallorum quidem Michaël Nostradamus, Italorum Sauonarola, Anglorum Merlinus Caledonius, Germanorum Lohardus, & Ioa- chimus Lusitanorum denique Bandarra Cal- ceolarius, inē vero multa vbiique gentium vetulæ, & homines, quod anteā dicebam, non Astrologiæ modò, sed literarum penitus igna- ri tam certas de rebus furuis prænotiones habuerint, ut

*Pythia que triponde ex Phœbi larrōque profatur,
pronuntiante de illis felicius, confidentiisque*

Vita Cardani.

vix potuisse. Hoc vero cùm multis de causis contingere non dubium sit, potiores ratiónum hic arringere nūhi consilium est; & illam imprimis, quòd artis falsæ nulla potest esse prædictio vera, nisi casu aliquo, aut industria, vel peculiari quadam ingenii temperaturæ, quæ tria, præter artem suor, talis efficiatur: Astrologiam vero è falsis & futilibus scientiis, quæ saepe hominum animos infatuant, non postremam esse, tot iam argumentis viorum omni laude doctrinæ, ingenique cumulatissimorum demonstratum est, vt qui contrarium sentit, non magnos hic in sapientia, & bona mentis adceptione, progressus fecisse videatur. Hæc vero cùm ita sint, non est accusandus Cardanus, quòd illuc prædicendo non artigerit, ybi attis suæ præsidio pertingere non poterat: maximè cùm ea sagacitate sit visus, quæ casu, propriaque animi temperie suffulta, ipsum in plerisque genituris, non vanum, futilemque fecit. Verum quoniam vis illa mentis anomala, excedens, rara, quæ factis in homine se prodit magnis & admirandis, eò tantum impulit Cardanum, vt scientiarum omnium secreta penetraret, eaque maiori facilitate, acriori iudicio, præstantiori modo, quām qui quis alias vñquam fecit, explicaret, eam ob rem non potuit ille, iuxta cum aliis, qui solas tantum ab illo mentis impetu, rerum futurorum præsentiones recipiunt, de morte filij sui, aut Aimari Ranconeti, aliorūnve, quemadmodum forsitan Nostradamus fecisset, pronuntiare. Nostradamum autem dico, quia nobis exemplo est, Astrologos, cùm aliquid certi proferant, id non artis suæ beneficio consecutos fuisse. Sed illius humoris orgasmo, quem ipsemet Nostradamus diuinum appellat, & sibi portissimum fauentem fuisse, hoc in centuriis tetragosto, testatur.

*Horrida vaticinor diuino nomine plenus:
Bella, famem, turbas, flumide contagia, pestis,
Diluvia, atque astus, terras, mare sanguine
tincta,
Paces, ac vitas, magnorum & fata-viro-
rum.*

Sic enim illud è Gallico sermone reddidit. Ioan. Amatus Chauigneus, quamquam expressius adhuc cùd de re tetrastichum aliud habetur, quod Latine reddi quoniam commodè non potest, fatius erit illud, iisdem verbis quibus ab auctore sub initium primæ Centurie prolatum fuit, consulere. Secus enim, si Chiro-mantia tribuatur, quòd Bartholomæus Cocles tabellam, vt inquit Cardanus, xlvi. viororum moriens reliquerit, qui violentiæ morte, vt euenu postea contigit, périre debebant: si Nomantia, quòd Hannibal Raimundus, ex duobus ægatis, aut singulati prælio decernentibus, primum qui moriturus esset, indicabat: si Geomantia, quòd Caranus, quo fine negotium aliquod terminari deberet, statuebat: si Scripturæ, quòd Prosper Aldorius, ex eius diuersitate, illius cuius erat, variis animi mortis, naturæque propensiones eliciebat: si deinde reliquæ diuinationibus, quòd Anus delitæ & merobibæ, res furto subreptas inueniunt, futuros coniuges designant, morbos denunciant; & non potius ad communem illarum diuinationum omnium causam re-

curamus, sequetur ab euenu minime fallaci, regulas eiusmodi nugacium disciplinarum, non minus quam Astrologie veras esse, quod sanè effato, nescio quid magis fatuum, & absurdum dici possit. Ultimum denique quod Cardano summan inuidiam confidit, & à bonis omnibus, quòd quisque religioni magis addictus erat, eò flagrantiori studio exagratum fuit; est Domini nostri Iesu Christi genesis, ab eo non aliter quam si hominis cuiusdam fuisset, ex artis suæ regulis explicata. Hoc enim Thuanus *extreme amentie, imò impia audacie*; Scaliger vero *vanitatis cum impiate coniuncta*, testimonium esse dicit: sed posterioris istius verba ex præfatione in Maniliu, tam expressa sunt, vt risu temperare non possim, quoties oraculum istud nostri temporis, tam pueriliter loquutum fuisse, animaduerto, vt isthac dixerit, *Audi subtilitatem nostri seculi, existit ante xlvi. annos cymbalum genethliacorum, qui Domini nostri Iesu Christi thema edidit, & omnia que illi acciderunt, ex positu stellarum, necessario illi contingit ratiocinatur: impian dicam magis, an socialiter audaciam, que & dominum stellarum stellis subiecerit, & natum eo tempore putarit, quod adhuc in lito positum est, ut vanitas cum impiate certaret.* At siccine Scaliger subtilitatem nostri seculi vocas, qua trecentis & amplius ante seculum nostrum annis, inter Astronomos obtinebat: videris profectò tam sedulam operam bonis libris euoluendis impediisse, vt multorum notitia te fugerit, qui licet tanquam siderati, & omnis bouz frugis vacui, à tui similibus non attingantur, potuissent tamen si tibi vel de titulo noti fuissent, insiguerint te incogitantis, & supinitatis maculam auertere. Nam quis ferat Cardanum, eius impianitatis accusati, ob excogitatum à se thema natalitium Domini nostri Iesu Christi, quod tamen Tyberius Russilanus Sextus Calaber, seculo præcedente, tribus variis schematibus proposuerat, in *Apologeticō*, vt illum vocauit, *adversus Encyclios*, qui ex quadringtonis propositionibus, quas Bononia, Florentia, Parauij publice tuendas suscepserat, duodecim velut Hæreticorum placitis affines, damnauerant, & hanc imprimis quā dicebat, quòd *Christum quod Corporis compaginem elementarium astris suppositum, eiusque genitram, & Prophetam magnum, & ea que circa corpus evenerant, presertim violentum eius mortis genus nantiasse, non inconveniebat.* Hanc enim conclusionem simul cum aliis, vt Tyberius defendebat, librum edidit sedente Leone X, eo titulo quem supra retulimus, & tria Christi genealogos themata, secundum tres rationabiles differentiam Doctorum opiniones, in eo tam luculenter enarravit, vt mirum potius sit Cardanum habuisse, vnde post ipsum racemationes & spicilegia colligeret. Verum nec ipse Tyberius Russilanus, nullo alio auctore tam grande nefas molitus est, nam Petrus de Alliaco Cardinalis Archiepiscopus Camaracensis, qui sub Martino V. in viuis esse desit, præterquam contendit Christi natalitatem prænoscí potuisse ex genethliacis observationibus, eiusdem insuper natalitatis schema coeleste proposuit, in *Eucidario Astronomico concordia cum Theologica & historica veritate*; & ipso Petro vetustior

Vita Cardani.

venustior Albertus Magnus Ratisbonensis Episcopus, in Speculo suo astronomico, loquutus de ea hunc in modum fuerat. *Iam scimus quid sub ascendenre eiusdem parte Cœli (scilicet Virginis) natus fuit Dominus noster Iesus Christus, non quia subiectus mortis, aut eius indicio natorum desideratissimus, qui creaverat ipsas stellas, sed quia cum extenderet Cœlum sicut pellem, formans librum universitatis, noluit literis eiusdem deesse, ex eis que secundum prouidentiam suam in libro eternitatis sunt scripta: non quod Cœli figura causa esset quare nascetur, sed significatio; immo & vero verius ipse erat causa, quare modus admiranda sue naturitatis significaretur per Cœlum. Quid plura? superior adhuc Alberto Albusafar, aut si mauis Alboasfar, quantumvis foret Mahumedianus, multa tamen de Christo dicit non protrita apud alios Arabes; & inter alia, natum cum fuisse sub prima facie Virginis contendit. Quanquam Rogerius Bacchonus dubium reliquerit, post allata verba Albusafaris, ex interpretatione Latina Hermanni Dalmata, num Christi Domini, aut beatae Virginis eius matris natalitium thema, literis ab hoc Arabe proditum fuerit: nam verba Bacchoni sunt ex opere tertio quod ad Clementem V. dedit, *Intensio est quod Beata Virgo habet figuram & imaginem infra decem primos gradus Virginis, & quod natura fuit quando sol est in Virgine, & ita habetur signatum in Calendario, & quod maria filium suum Christum Iesum in terra Hebreorum.* Cuius etiam opinionis videtur fuisse Christianus auctor libri de Vetula, quem Ouidio nonnulli perperam adscribunt; ille siquidem numero quadragesimo sexto, & postremo, sic Virginem compellat,*

*O Virgo felix, o Virgo significata
Per stellas ubi spica niter, quis det mihi tantum
Vivere, quod possim laudum fore prece trahrum.*

Verum quicquid tandem de hac difficultate statuendum sit, certum est Salvatoris nostri genesim, à quatuor aliis auctoriis granissimis exarataam fuisse, priusquam Cardano de ea pariter exaranda in mentem venisset. Vnde mirati satis non possum, illos non viros, nec auditos vnuquam fuisse duobus illis eruditorum Coryphaeis, Thuano, & Scaligero, qui saltem ex Bacchono, Pico Mirandulano, aut commentariis Roberti Holtot in Sapientiam Salomonis, discere potuisse, erratum à nonnullis ante Cardanum hunc errorem fuisse, vt Christum falsis, & commentariis astrorum imaginibus submitterent: nec propterea æquum esse, vt Cardanus, quasi sceleris istius primus opifex fuerit, tam acerbè ab illis vapulet: cum alioqui, vel eo tantum nomine culpandus sit, quod istud, licet magnorum virorum, & omni ferme exceptione maiorum exemplo fecerit. Ceterum paret inde, quām vafer Cardanus fuerit, nam cum certo certius exploratum haberet, themata Christi natalitia ab Alliacensi, & Tyberio Russiliano exarata fuisse, nec illum latere possent quae Picus, Albusafar, & Bacchonus de illis dixerant, noluit tamen eorum vnuquam meminisse, vt vulgo literatorum, inuenientum istud

suum fuisse, persuaderet: quod ei postquam ex voto cessit, non fecus ac in igne contigerat, quem nullum esse sub concau Lunæ, post Laurentium Vallam, sed illius tamen suppresso nomine, primus afferuit, noluit deinceps, quantumvis ab æmulis virgetur, & in discrimen capit is venire, vel minimara de illis auctoriis mentionem iniucere; maluitque de sua impietate tot umores disseminari, quam ex opinione tam audacis facti, partam gloriam amittere. Atque hæc sunt, quibus tela calumniarum, qua aduersus Cardani liberos, effrænèmque eius audaciam, cum ab æmulo Scaligero, tūm ab aliis disseminata fuerant, retundi posse mihi persuasi.

Supereft nunc, vt qualis Cardanus in libris suis fuerit, & quo stilo, quâ methodo, quantâ cum facilitate, & doctrinæ varietate illos scriperit, ex attenta singulorum inspectione, disquiram. Stilum igitur usurpauit liberum, aqualem, apertum, non comptum nec elaboratum, qualis in Fernelio, & Scaligero certatur: sed minime etiam neglectum, aut inquinatum, vt illum habuere Foroliuensis, Conciliator, Niphus, Pomponatius, & id genus Philosophi & Medici, qui ab impuro sermone, Barbari vulgo nominantur: quinetiam cum liber, assurgit, ludit, excurrit, deliriisque secat, & veneres amoenissimas, in quarum specimen illud tantum proferam, quod in libro 2. de Venenis, capite vii. de ea re dixit, quam hic nominari non flagitio ducet, qui flagitiose nunquam exercuit, magna res est concubitus, quod ad conservationem generis sit: ideoque multis modis à natura illius appetitus ornatus: & ubi finis nullus ad metam, ibi nec est innenire terminum voluptatis. Est in concubitu ipso voluptas, est in illecebris dum exercetur, est dum absoluatur, est in meditatione, est in memoria: & dolor, & voluptas in paciente deleclant: seu pudor, seu ultrò se offerat, pars fermè sunt: ipsa forma, quibus, modus, tempus, seminis effusio, omnia ex equo iucunda, iuvat occurrentem ultrò videre, iuvat occursum declinarem, iuvat è rimula aspicere, ubique est quod preferat, nudam, ornatam, semicompatam, omnia libidinis stimulos accidunt: si in domo sit, gaudes commodo, gaudes ludis; si extra, gaudes furto: si humilis sit conditionis, quod omnia tibi liceant; si nobilis, quod diligaris ab illa: si publica sit res, quod cunctis tuis felicitatis participes sint; si occulta, quod plus habeas, quam existimes. Nil mirum est igitur, si ob hoc ipsum, maria terreque perturbentur: & ubi ipso tot fascina, philtera, veneficia, tot affectus, & corporis atque anime passiones sint constituta. Cedò nunc in Exercitationibus Scaligeri, in oratoribus & elegantiarum magistris, venustiorem sermonis flosculum, & hunc proferenti, vicissim herbam porrigam, concedámque Cardanum non quoties, & vbiunque voluit, fuisse disertissimum. Tantum igitur ab eloquentia non abeat Cardanus, quin omnibus in præfationibus suis, in encomiis rerum diuersarum, & similibus libellis, quā sermonis ornatum desiderabant, eum cumularissimè præstiterit, & in aliis operibus, cùm vti cogeretur vocibus barbaris & impuris, istud præfata semper venia fecerit. Hinc in Arithmeticâ, *Ne mireris,* inquit, *candidæ Lettor, quod opus hoc minime Latinum*

Vita Cardani.

Latinum, nedium elegans efficerim, cum & mihi facilius fuisset meo more scribere, quam aliorum voluntatis satisfacere, sed ne sermonis difficultas quae parum excolentes Romanam linguam, in tam arduis commentarii consequi solet, artis peritos à lectione deterret. Sic in commentariis ad Ptolemaeum, Reuerendissimi, & aliarum vocationis usum respuit, quia non sunt probae germanaeque latinitatis notae signatae: Scalige-
rio quoque, penitores intime barbarie notas quoddam inuit, in Actione contra calumniatorem, & capite xxxix. de Vita sua, non omnem se elocutionem curam deposituisse significat: maiorem tamen attulisse, in tanta multitudine scriptorum non potuit nec forsitan debuit, vitanda, ut supra dixit, confusio-
ni, & obscuritatis gratia, quae plus iusto elo-
quentiae studiis addictos, ferme semper conse-
quitur. Et haec ipsa causa fuit, cur Mercurialis in Arte Gymnastica, & libris Variorum quos prooectionibus ingenii scribebat, eas castigati sermonis delicias lectatus est, quas postea certo consilio neglexit, cum in Scholis doceret, & eos libros scriberet, quos pollio-
tibus ingenii minimè futuros vsui con-
gouerat. Quod inconueniens ut Cardanus vitaret, stilo inter sublimem & infimum me-
dio est vsus, eumque adeò sibi domesticum fecit, nihil ut docete vellet, quod non maxi-
mum cum facilitate, & amoenitate diceret, siue liberâ oratione, siue metris adstrictâ, que-
madmodum in nenia de morte filij, & qui-
busdam terrastichis, veteretur. Ab hoc igitur
stile minimè ingratu, vasto, confragio, sicco,
ampullato, interciso, sed æquali potius &
perspicuo, doctrina etiam maximâ parte clara,
facilis, & iucunda defluxit: nec ab elo-
catione venit, quod Cardanus quibusdam in
libris obscurus, impeditus, & nonnunquam
etiam tardij plenus fuisse censeatur, sed tribus
aut quatuor aliis de causis, quas sigillatim ex-
ecutore, non erit forsitan ab instituto nostro alienum: quoniam omnes ab immensa illa doctri-
na pendent, quam Cardano peculiarem fuisse,
& antea quidem, & nunc etiam maximè contendo. Neque enim potest sibi tempera-
re, cum artium secreta, scientiarum principia,
& rerum omnium naturam teneret, quin ad
aliqui difficultatis explicationem, praesidiis
multis ab illa saepè diuersis, & extensis veluti
militibus vteretur: sive Geometrica Physi-
ca, Astronomica Medicis, Ethicis Metaphysica,
Polonica historiis, humanis diuina, supremisq;
infima, quoties vel impetus vrgebat, vel er-
uendae per tot ambages veritatis ratio postu-
libat, nullo discrimine permiceret. Itudque
cum dupli modo facere posset, non eo tan-
tum vsus fuit, qui Platoni, Galeno, Aristote-
li familiaris est, scilicet dum numeris, aut
Geometricis quibusdam exemplis, Physicas,
vel Medicas conclusiones stabilunt; sed
supplam̄ multa dicit, & longas affert disser-
tationes, non procul quidem ab illa re, de
qua runc agitur diuersas, sed quas, ne co-
gitatione tamen, quicquam expectaret. Nam
quis amabo in Arithmeticā, præclaros illos
discursus requirat de proprietatibus numero-
rum mirificis, de motu Planetarum, de crea-
tione rerum, de turri Babylonica, de duratio-
ne mundi Platonica, cuiusque vicissitudinibus,

Tem. I.

de gradibus, ut vocant, medicinarum, &
cūsmodi rebus aliis? Quis in Dialedicta iu-
dicio de historicis, & epitolarum scripto-
ribus? Quis in commentariis de Alimento,
explicationem trium rerum quae sunt difficil-
limæ cogniti? Quis alibi psalmi tot excusus
grauiissimos de rebus variis, quos omnes si
velim indicate, dies me potius quam oratio
deficeret: nam quales illi, & quam frequen-
tes sunt in libris de Vilitate ex aduersis ca-
pienda? quot in libris Medicis? quot in histo-
ricis? quot vel in epistola sola quam scripsit ad
Thaddæum Dunum? ut missos faciam quos
de rebus suis frequentissimos habet: eo tan-
tum fine, quemadmodum alicubi fatetur, ut
plura folia Typographis mitteret, quibuscum
antea de illorum pretio pepigerat; atque hoc
modo fami, non secus ac fama scriberet: &
sanè cum culpari ea de re non possit, quando
modum honestiorem non habuit, quo pau-
pertati suæ subueniret; et adhuc Galeno com-
mendator est, quod is non pretio illektus,
aut inopia compulsus, sed innato sibi & gen-
ti sua virtute, lectoribus, Asiaticâ suâ facundiâ,
tardij non parum, saepius attrulerit. Prætereà
illud Cardano familiare fuit, ut nonnunquam
breuitatis studio, multa sibi cognita, & vsu
ipso trita supponeret: divisionumque mem-
bra singula non explicaret, aut longius petita,
absque intermediis, tanquam maximè neces-
saria, & tractationi opportuna iungeret:
mens enim illius acris, & ad differendum intenta,
vbique permeabat, & inquirebat ar-
gumenta, transfilendo per varia media, quae
non ut tunc decuit explicata, orationem post-
modum lögè difficultiam reddebant, ut præ-
sertim in libris Contradicentium medicorum
videre est, & in commentariis etiam de Ali-
mento, qui hac de causa tyrones procul à
lectione sua summouent. Denique ipsa quo-
que rerum tractandarum difficultas, plerum-
que causa fuit eius obscuritas, quam in
Cardano multi reprehendunt: fed iniuriâ ta-
men, cum philologorum nullus, qui conatus
fuerit multa simul complecti, variisque
scribere, non Aristoteles, Theophrastus, Ale-
xander, Themistius, Aëroës, Plotinus, vi-
tium istud, si modò vitium dici debet, effuge-
re potuerint, & qui facillimus existimat Plato,
is Cardani iudicio, cæteris omnibus ob-
scerior est. Verum minimè tamen obstant haec
omnia, quominus qui totum simul Cardanum
aspicit, qui libros eius singulos explorat, qui
mentem excutit tot fætam rerum pulcher-
rimarum notionibus, ut velut Emporiū sit sci-
entiarum omniū nobilissimū, à quo res Mathe-
maticas Germani, prædictiones astronomicas
Angli: medicas commentationes Itali: morales
Galli: naturales denique totius orbis populi
reportare fecū confuerant, si non poterit in
eo, tantam scriptorū copiā; tam variā multi-
plicemque lectionem: tam diligentem rerū in-
dagationem, tantum sermonis & sententiarum
ornatum, non magni facere, & ex illis pa-
riter non tenacissimā eius memoriam, felicissi-
mam sagacitatem, iudiciū in tanta rerū diuersi-
tate sèper rectum, æquale, firmissimum depre-
hendere & mirari. Nam licet in quibusdam, ut
rectè doctissim⁹ Thuanus animaduertit, inter-
dum plus homine sapere, in pluribus minus pueris

Vita Cardani.

Intelligere videatur: eiusmodi tamen inaequalitas, velut fax est & amurca, sine quibus liquores praestantissimi conseruari non possent, tantum abest ut propter illas, viliori precio diffrahantur. Et reneri non illa quicquam obfuit Cardano, cuius libros velut luxuriantis ingenij partus felicissimos, Typographi certatim Typis suis committunt: cum interim ipse, totius Europæ calculis, scriptorum omnium decus mirâ quadam ingenij volubilitate, & ad res diffitas, obscuras, penitusque inter se diffidentes percipiendas, promptitudine, superasse videatur.

Potò ne quis amplius dubitate possit, quot & quibusdam libris Cardanus, tantum sibi nominis, & fama conciliarit: simulque ut illocum accuratâ recensione, iudicio isti de Cardano coronidem imponam. Primi ordinis & indicis eos faciam, qui typis expressi reperiuntur, similiisque modum editionis indicabo, quo in instructissima, & ornatissima Bibliotheca ceteris omnibus præferenda sit. Deinde verò eosdem omnes in certas classes referam, ut Typographi quoties illocum editionem integrâ moliri voluerint, facere istud commodius, & maiori cum elegantia possint. Ac tandem M. S. operum Cardani, quorum ad me notitia peruenit, Catalogum subiiciam, ut quemadmodum ego, mēa bonâ fortunâ, quosdam ex illis natus sum, cōsique publici iuris feci, & faciam si me Deus adiuvet, in posterum, sic omnibus aliis liberum sit, suam in similibus thesauris eruendis diligentiam, bonis omnibus testamat facere.

Primus igitur Catalogus qui operum editorum est, pro varia Chartæ complicatione, non viuus etiam formæ libros continet; ita ut alii sint in Charta expansa, alii in complicate bis, aut pluries, & ab illa diuersitate maiores aut minores, quos deinceps cum Bibliopolis breuitaris, & facilitatis de causa, in folio, in quarto, in octauo, & duodecimo, vel decimofexto vocabimus, & quidem.

Libri Cardani qui in maiori forma haberi debent sunt sequentes.

Opus de proportionibus numerorum, motuum, ponderum, sonorum, &c. cum duobus libris adiunctis, uno de arte magna seu regulis algebraicis, qui prius separatum editus fuerat in folio Nonimberge, scilicet anno 1545. altero de Alzaregula, Basilea ex officina Henric. Petrina anno 1570. mensē Muria.

In Claudijs Ptolemei de Astrorum indicis, aut ut vulgo appellant, quadruplicite confutationis libros iv. commentaria, cum libellis de septem Erraticarum stellârum qualitatibus; de xii. genitariis, de interrogacionibus, & Cumradi Dafyody tabulis in libros iv. apostolematicos Ptolemei, de descriptione Horologi Argentoratensis. Basilea apud eundem 1578. mensē Septembri. Verum cum in editione Lugdunensi in octauo, & in alia quæ prius Basilea facta maiori in charta fuerat, Seruatoris nostri genesis, non sine multorum indignatione legeretur; ex posteriori ista, nescio cuius consilio, sed optimo tamen, sublata fuit. Neque

enim pias mentes minus offendebat, quam cartas, locus ex 8. capite libri 2. Politicorum Aristotelis, quem idcirco Leonardus Aretinus Latinum reddere noluit; quamvis Perionius, Sepulueda, Gifanius, aliquique interpretes, eum postea retinere non veriti sunt: & similis alius ex posteriori libro Hippocratis de morbis popularibus, qui cum Valegio non probaretur, nec dignus etiam habitus est eâ interpretatione, iisque notis, quibus libros omnes Epidemion illustravit.

De subtilitate libri xxi. Cura Apologia aduersus horum librorum calumniatorem, Basilea apud eundem Henric. Petrum 1582. editi primùm fuerant in octauo variis in locis, & postea etiam Basilea anno 1611. cum eadem Apologia in Scaligerum.

De rerum varietate libri xvii. Basilea apud eundem 1581. iisque non secus ac alij de Subtilitate, & p̄fissime editi fuerunt in octauo.

In septem aphorismorum Hippocratis particulas commentaria, item de venenorum, ac pestis prefertim differentiis, præservatione, & cura libri 3. & de prouidentia temporum liber, Basilea apud eundem 1564.

In eiusdem Hippocratis prognostica, & libros de septimestri, & octimestri partu, commentarij absolutissimi: cum septem consilia pro gravissime diuersis mortis laborantibus. Basilea apud eundem anno 1568.

In eiusdem libros de aere, locis, & aquis commentarij, cum oratione de Medicorum infirmitate, & tribu consilio, necnon exigo libello Ioannis Baptista Cardani de fulmine, Basilea apud eundem anno 1570.

Opuscula quedam artem medicam exercentibus utilissima, scilicet de aqua, & aether, de Cyna radice: Medicina encomium, & consilia tria: itenque alio prima in calumniatorem librorum de subtilitate, Basilea apud eundem 1569. Verum quoniam hæc omnia, præter actionem in Scaligerum, qua cum libris de subtilitate toties excusa fuit, translata postmodum à Cardano fuerunt, in opusculorum Medicorum volumina duo, de quibus postea nobis dicendum est, si quis hoc volumine in folio carere velit, istud, me iudice, nullo suo damno facere poterit.

De sanitate tuenda, ac vita producenda libri iv. editi à Rodulpho Sylvestri, Basilea apud eundem 1582.

Reperiuntur autem in Quarto.

Libelli v. astronomici. 1. de supplemento Almanach. 2. de revolutione temporum. 3. de iudiciis genitoriarum. 4. de revolutionibus. 5. de exemplis centrum genitoriarum cum Aphorismorum astronomicorum segmenti vii. Norimberga apud Iohann. Petreum 1547. duo priores cum quinto non integro, editi antea fuerant ab eodem Petreio 1543. & prius adhuc Mediolani, auctore ipso sumptum Typographo subministrante, quoniam exigua tunc molis erant, & opus erat illos quam emendatissimos in lucem prodire.

Contradicentium Medicorum libri duo, quorū præter centum, & octo contradictiones continent, in secundo vero habentur etiā libelli de Sarapilla, de Cyna radice, & consilio pro dolore vago, Lugduni

Vita Cardani.

Lugduni apud Sebastianum Gryphium anno 1548. Prodierunt etiam Parisiis in octauo apud Iacobum Macrum 1546. & Marpurgi cum adiuncto vitrobiique libello contradicitionum, quas Peletarius ex Lacuna collegit: certum est etiam Veneris editos fuisse, sed mihi illos haecenus vidisse non fuit cōcessum.

Theonostus seu de vita producenda, atque in coemitate conservanda Dialogus, studio & operā Fabricij Coccoanari Tyburiis editus ROME, apud Ioannem Baptiſtam Roblectum, 1617.

Somniorum Syntesorum, omnis generis insomnia explicantes libri IV. quibus accedunt opuscula de libris propriis: de curationibus & predicationibus admirandis: Neronis encomium: Geometris encomium: de uno: aclio in Theſſalicum Medicum: de secretis: de gennmis & coloribus: Dialogi duo Guglielmus sine de morte: Terimus siue de humanis consiliis: de minimis & propinquis: de summo bono, Basilea per Henricum Petri, anno 1561. Ex istis encomia Neronis & Geometris, edita postea fuerunt in secunda parte Amphitheatri sapientiae Socratice Iocico-Seriz Caspatis Dornauj; primum vero in notis etiam Lotichij ad Petronium tomo secundo; & separatum Lugduni Batauorum in exiguo, & elegantissimo volumine.

De sapientia libri V. quibus omnis humana vita cursus viuendique ratio explicatur: item de consolatione libri tres, & Ephemeris siue libellus de libellis propriis. Norimberge, apud Ioannem Petreum 1544. & postea Genuea in octauo, apud Petrum & Iacobum Chouet 1624. cum Petri Alcyonij viri doctissimi, & eloquentissimi duobus libris de Exilio: separatis vero Hieronymus Scotus libros de consolatione Venetiis ediderat in octauo, sub annum 1542.

Sequentes haberi tantum pessimum in octauo.

P Raetica Arithmetica, & mensurandi singularis. Mediolani, opera Ioan. Ant. Castellionei, pro Bernardino Calvisio 1539.

De immortalitate animalium liber, Lugduni apud Sebaf. Gryphum 1545.

Commentaria in librum Hippocratis de Aliimento, prelecta dum proficeretur Bononia supra ordinariam medicinam, ROME, apud Heredes Antony Blady 1574. & Basilea apud Sebastianum Henricum Petri, anno 1581. mense Marzio.

Libellus cui titulus est Examen etiū. errorum Hippocratis, quem edidit Cardanus annum agens lxxiv. ROME, apud eosdem Heredes impresores Camerale, anno 1575.

De malo re創atorum medicorum medendi usi, libellus centum errores illorum continens: Item aliis de simplicium medicinarum noxa. Venetiis apud Hieronymum Scotum, 1545. Priorē editionem iam ante molitus fuerat idem Scotus, sed complectebatur tunc lxvi. tantum errores, adeoque mendis erat deformata, vt Cardanus in praeſtatione secundæ istius editionis dicere non veritus fuerit. Erubescit, cum ultra etiam trecentos errores meos in hoc libro, prater etiam admissos à Librariis recognosco, & nihilominus à tam debili principio, Cardanus, adeo celebris, & perugata fama initium auspicatus est: primus enim iste fuit librorum ab ipso editorum, sed

Tom. I.

tertiò demum recusus iterum fuit Parisiis, in eisdib. Rouillij in octauo 1565. ut postea commodiū dicetur.

De Causis signis, ac locis morborum liber. Basilea per Sebastianum Henric. Petri, anno 1583.

Opuscula Medica & Philosophica in duos tomos diuisa, quorum primo continentur: Ars medendi pars. Consilia pro difficultate spirandi, ventriculi dolore, surditate, sanguinis fluxu, lepra, Medicina & Podagra encomia, & Apologia in Andreanum Camutium: secundo vero Dialetica Hyperchen, de Socratis studio, Antigorgias, de aqua, ethere, & Cyna radice. Basilea tomis duobus ex officina Henrici Perrina, anno 1566. Ex istis Consilia, Medicinæ encomium, & libri de Aqua & Ethere, que madmodum suprà diuinis, edita prius fuerant in folio Basilea anno 1569. libellus quoque de Cyna radice habetur in codem volumine: nec non sub finem libri secundi contradicentium, & in collectione auctorum de Lue Venerea. Denique encomium podagræ, vñ cum Loselio de Podagra editum fuit, Lugduni Batauorum anno. 1639.

Opuscula Medica Senilia in IV. libros tributa, quorum primus est de dentibus, 2. de rationali curandi ratione, 3. de facultatibus medicamentorum precipue purgantium, 4. de morbo regio, Lugduni sumptibus Laurentij Durand 1638. qui M.S. copiam habuit à Leone Allutio viro doctissimo, & mihi amicissimo.

Methodi medendi sectiones IV. in quarum prima recentium medicorum errores refelluntur. in 2. de simplicium medicamentorum nocturnenis agitur. 3. admirandas curationes, & predictiones continet. 4. consilia in diuersis morborum generibus complectentur. Parisiis in eisdib. Rouillij, via Jacobea, sub signo Concordie, 1565. Faretur ipsam Rouillij, nihil in his sectionibus continet, quod non item in aliis operibus Cardani iam editis habet: nam 1. & 2. libellum de malo medendi usu constituant, 3. extat integrâ post librum de Insomniis; quartam vero secundus opusculorum Tomus subministrat, vnde qui ab ipso libro sibi comparando temperauerit, non propterè censembit aliquo carete ex Cardani libris, si reliquos omnes habuerit.

De utilitate capienda ex aduersis libri IV. Defensiones pro filio coram Praefide Provincie habitæ: & Ioan. Bapt. Cardani libellus de abſentia ab eis ciborum fetidorum, Basilea per Henric. Petri anno 1561. mense Augusto.

De præceptis ad filios libellus, ex Bibliotheca Gabr. Naudei, Parisiis apud Thomam Blasianum 1635.

Lettera di Messer Girolamo Cardano, nella quale, tutti i Giorni alla virtù, & allo studio delle più lodevoli discipline, mirabilmente esortata in Bologna per Alessandro Bonaccio.

Liber de libris propriis, Lugduni apud Guiselimum Rouillium sub Scoto Veneto. 1557. videri posset hic non ab alio diuersus, qui in secunda parte libri de Insomniis editus postea fuit, sed cum non ita penitus sece res habeat, & liber sit exiguus, atque inueniatur facilis, restis illic facies, qui in reliquorum censu, eo ipso carere noluerit.

De propria vita liber, ex Bibliotheca Gabriei Naudei, Parisiis, apud Iacobum Villery in Parario 1643.

Vita Cardani.

Denique in duodecimo habetur
tantum.

Proxeneta, seu de humana sapientia liber,
recens in lucem protractus, Lugduni Batavorum ex officina Elzeviriana anno 1627. prodit etiam Geneue eadem forma 1630. apud Paulum Marceau; & rursum ex officina Elzevriana anno 1633. sed minori adhuc voluminis formâ.

Tot igitur libris, aut potius voluminibus diversis, opera omnia Cardani constant, saltem quantum ego, post adhibitam hic, & in Italia, maximam semper in illis perquirendis diligentiam, hactenus obseruare potui: nisi forsitan aliquis, amplioris ostentatione studij, istos etiam penes se habere velit, scilicet.

Thaddei Duni Locarnensis epistolas medicinales, editas Tiguri in octavo, anno 1592. propter vnam bene longam Cardani, quæ cum responsione Thaddei in eodem habetur volume.

Andree Camutij disputationes, quibus Hieronymi Cardani magni nominis viri xxx. Conclusiones infirmantur, &c. Papie in octavo 1563. nempe ut simul habeat ipsas conclusiones, quas Cardanus Papit anno 1561. aduersus errores Galeni, in expositione Aphorismorum Hippocratis, proposuit.

Quæsita, discursus in Archimedem, & opera quadam alia Nicolai Tartaglia, sed vulgari Italicorum sermone conscripta, edita Venetis in quarto 1605. & aliis temporibus, quoniam habentur in illis multæ literæ Cardani, de rebus Geometricis, & Algebraicis, quas, non secus ac conclusiones illas in Galenum, frustra sit qui alibi quam in Camutij, & Tartagliæ libris requirat.

Quoniam verò non minimum refert Iulij Cesari Scaligeri exercitationes, vñâ cum Cardani libris qui de Subtilitate sunt, euoluere, confulo, vt careris præferatur ipsacum editio facta in quarto Lutetia, à Michaelo Vascosano 1557. quoniam omnium est emendatissima, & elegantissima.

Possem quoque inter libros Cardani referre interpretationem operis de subtilitate, sâlcam propriâ Gallorum lingua, à Richardo le Blanc, & editam Parisiis in quarto apud Carolum Langelier 1556. ac postea etiam in octavo. Verùm quoniam plures aliae, & horum librorum de subtilitate, & aliorum etiam interpretationes fieri potuerunt, quas omnes ob linguarum Europæ varietatem, & Provinciarum quibus illæ familiares sunt, distantiam, videre non potui, & si vidisse magnum tamen operæ pretium fore non existimauit, vt isthuc afferrentur, propterea satius habui, ab illis omnibus inuestigandis aut recensendis, temperare.

Habenus GABRIEL NAVDEVS.



1561

TESTIMO